



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570

Histrio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

HERMAPHRODITVS. HISTRIO.

HISTRIO.

sed oppositū pertinaciter affirmat, est
hæreticus, quæ pertinacia depræhen-
ditur, quando declarato errore, stat
quis pertinax, quando depræhensus à
iudice in huiusmodi nō vult abiura-
re, nec resilire, modo suprà dicto. Du-
bitare etiam de huiusmodi cum con-
sensu rationis, est hæretis, & mortale
peccatum: quia dubius in fide dicitur
infidelis. c. dubius cod. Debet igitur
Christianus in credendis firmus esse,
nec dubitare.

¹⁸ HERES 15 ad vitium superbiæ
potest reduci, & est magnum peccatum:
quia subvertit fundamentum totius
boni operis, sine quo salus esse non po-
tett.

¹⁹ D E inuentoribus hæresum, vide
directorium inquisitorum. Tab. ibi. §.
27. usque 51. Quomodo inquisitores
se debent habere erga hæreticos, vide
Sil. ver. hæretis, 1. & de lamiis, ibi. 3. Si
hæreticus fecit aliquem actū exterio-
rem, vel dixit verbum hæreticū etiam
sibi soli secrete, est excommunicatus in
cœna Domini, &c.

HERMAPHRODITVS.

¹ HERMAPHRDITVS habens
utrumque sexum, qui magis ad
fæminum declinat, non potest esse
testis in testamento, sicut nec mulier:
secundum gloss. in cap. si testes. 4. q.
3. secus, si magis ad masculinum ver-
git. Si est paritas: secundum Guliel.
enseetur ut mulier: & ita non admit-
tendus, nisi ut mulier: sed d. gloss. non
determinat.

² Si virilis sexus magis incalescit, non
tamen debet ordinari: quia est quid
monstruosum. argu. in c. illiteratos. d.
36. si ordinetur characterem recipit,
non autem si est sexus par, vel feme-
neus magis: secundum d. Guliel. quo
autem ad contrahendum, debet con-
siderari sexus validior, quod sit sic par,
etius electioni stabitur: secundum dict.
gloss. & Bald. in l. quæ situr ff. de stat.
hom. & hanc dicit esse Gulielm. deter-
minationem, quæ etiam rationabilis
satis videtur.

HYPOCRISIS, suprà Fictio, id
est, simulatio.

¹ HISTORVM ars consistit in
dando delectationem alijs, in di-
ctis, vel factis: id est si debitum circuista
tis exercetur, non est peccatum: se-
cundum Th. secunda secundq. q. 169.
a. 3. Respectu materiæ potest esse pec-
catum: vt si veritet circa dicta, vel fa-
cta in honesta, vel ponendo diuina, vel
scripturam sacram in locu, vel dicen-
do iniuriosa, despiciua, adulatoria, &
huiusmodi. Peccatur etiam respectu
loci, temporis, negotij, personarū, du-
horum aliquid non obseruant. Ex si-
ne etiam contingit peccate, dum mi-
mis cupiunt hominibus placere. Et
communiter est veniale, nisi quando
interuenit materia ex suo genere mor-
alis: vt iniuria proximi, contemptus
diuinorum, & familiæ. Et propter hæ-
annexa, hæc ars damnatur cum danti-
bus. c. donare. dist. 86. Iftis negatur co-
munio. c. per dilectionem. de consecr.
distinct. 2. quod tamen non fieret, nisi
propter mortale.

² DANTES eis aliquid, vt in tali cri-
mine, vel officio damnato persecutæ,
mortaliter peccant: secus si dant: quia
sunt in extrema miseria, vel ne eos dif-
famant, vel alio pio respectu. Et d. ca.
donate. debet intelligi de illicitis mo-
dis. Dicit Gul. quod qui dant huius-
modi histrioibus, vel maledictis, ne de
ipsis mala euomant, eosque infamet,
non peccate eos credit.

HOMICIDIVM.

¹ HOMICIDIVM, id est iniusta
hominis occisio, mortale pecca-
tum est, quia contra iustitiam, & pro-
ximi charitatem. Aliquando est per se
inteatum, aliquando per accidentem. Oc-
cidens autem aliquem innocètem vo-
luntariè, mortaliter peccat. Excusan-
tur tamen iudex, & ministri, innocè-
tem occidentes, secundum allegata, &
probata: quia licet sit innocens in co-
scientia, non tamen in fato exteriori,
& apud homines. Excusantur etiam
milites ex obedientia euntes ad bellū,
quod reputatur iustum, si bi aliquos
occidunt, etiam in veritate innocentis,
licet non reputentur: secundum
Caieta.

